

dedit ei. Et constituit eum principem super omnes
provincias babilonis: et prefectum et magistrum
super cunctos sapientes babilonis. Daniel
autem postulavit a rege: et constituit super ope-
ra provincie babilonis sidrac misac et ab-
denago. Ipse autem daniel erat in for-
ibus regis.

III

Nabuchodonosor rex fecit statu-
am auream altitudine cubito-
rum sexaginta: latitudine cubi-
torum sex: et statuit eam in campo duran pro-
vincie babilonis. Itaque nabuchodonoso-
r rex misit ad congregandos satrapas
magistrum et indices duces et tyrannos et
prefectos omnesque principes regionum ut veni-
rent ad dedicationem statue quam erex-
erat nabuchodonosor rex. Tunc congregati
sunt satrapae magistrus et indices duces et
tyranni et optimates qui erant in partibus
constituti et universi principes regionum ut con-
venirent ad dedicationem statue quam erex-
erat nabuchodonosor rex. Stabant autem
in conspectu statue quam posuerat nabu-
chodonosor rex: et sic clamabat valenter
Vobis dicit populi tribus et linguis in
hora qua audieritis sonitum tube et fistule
et cithare sambuce et psalterij et sympho-
nie et universi generis musicorum: cadentes
adorate statuam auream quam constituit
nabuchodonosor rex. Si quis autem non
prostratus adoraverit: eadem hora mit-
tetur in fornacem ignis ardentis. Post hec
igitur statim ut audierunt omnes populi sonitum
tube fistule et cithare sambuce et psalte-
rij symphonie et omnis generis musicorum:
cadentes omnes populi tribus et lingue adora-
verunt statuam auream quam constituerat
nabuchodonosor rex. Statimque in ipso
tempore accedentes viri chaldei accusaverunt
iudeos: dixeruntque nabuchodonosor regi:
Rex in eternum vive. Tu rex posuisti de-
cretum ut omnis homo qui audierit sonitum
tube fistule et cithare sambuce et psalte-
rij et symphonie et universi generis musi-
corum: prosternat se et adoret statuam auream:
si quis autem non prostratus adoraverit: mittatur
in fornacem ignis ardentis: Sunt ergo

viri iudei quos constituerat super opera regi-
onis babilonie sidrac misac et abdena-
go: viri isti contempserunt rex decretum tu-
um. Deos tuos non colunt: et statuam auream
quam erexisti non adorant. Tunc nabu-
chodonosor in furore et ira precepit ut ad-
ducerent sidrac misac et abdenago. Qui
preceptum adducti sunt in conspectu regis. Pro-
nunciantesque nabuchodonosor rex ait eis:
Vere ne sidrac misac et abdenago deos
meos non colitis: et statuam auream quam
constitui non adoratis? Nunc ergo si estis
parati: quicunque hora audieritis sonitum tu-
be fistule cithare sambuce et psalterij et
symphonie omnesque generis musicorum: prosternite
vos et adorare statuam quam feci: quod
si non adoraveritis: eadem hora mittemini
in fornacem ignis ardentis. Et quis est deus qui
eripiet vos de manu mea? Respondentes si-
drac misac et abdenago: dixerunt regi na-
buchodonosor: Non oportet nos de hac re
respondere tibi. Ecce enim deus noster quem
colimus: potest eripere nos de camino ignis
ardentis: et de manibus tuis o rex liberare.
Quod si noluerit: notum sit tibi rex quod de-
os tuos non colimus: et statuam auream
quam erexisti non adoramus. Tunc nabucho-
donosor repletus est furore: et aspectus faciei
illius immutatus est super sidrac misac et ab-
denago: et precepit ut succenderet fornacem
septuplum quam succendi consueverat: et viris
fortissimis de exercitu suo iussit ut ligaret
pedibus sidrac misac et abdenago mitteret
eos in fornacem ignis ardentis. Et conse-
cutum viri illi vinciti cum brachijs suis et tibi-
aris et calciamentis et vestibus missi sunt
in medium fornacis ignis ardentis. Nam
iussio regis urgebat: Fornax autem succen-
sa erat nimis. Porro viros illos qui mi-
serant sidrac misac et abdenago interfe-
cit flamma ignis. Viri autem hi tres: id est si-
drac misac et abdenago ceciderunt in me-
dio camino ignis ardentis colligati. Que
sequuntur in hebrejs voluminibus non reperiri.
Et ambulabant in medio flammę: laudan-
tes deum et benedicentes domino. Stans autem
acerarius oravit sic: Aperientur os suum in